Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 70

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 150.

Cod: LXX.

Chartac: 4to min: Saec: 15. 1. 520.

Membran.

I.

Guilielmi de Lancea, seu Letardi Dieta Salutis. 2a – 82a

Guilielmi de Lancea Dieta salutis. Titulus est "Prologus diete salutis". Initium: "Hec est via, ambulate in ea" Distincta est in decem capitula, quorum primum agit de vitiis; 2. de poenitentia, 3. de praeceptis; 4. de consiliis, 5. de virtutibus, 6. de donis Spiritus Sancti, 7. de beatitudinibus, 8. de fructibus Spiritualibus; 9. de judicio, 10. de inferno, et coelo. In fine: "Explicit dieta Salutis.

De Guilielmo de Lancea Fabric: Bibl: med. et inf. lat: T. 3. pag: 157. haec habet: "Guilielmus de Lancea Aquitanus Ord: Min: "Scriptor Dietae Salutis, quam Mortaniae "bibliotheca coenobii camberonensis Ord: "Cisterc: in Hannonia testatur Vanderus "in bibliotheca Mss: Codicum Belgii pag. "356. Idem mihi hic videtur cum Gui-"lielmo Letardo (: Gallis le dard, Lancea) "apud Waddingum pag: 153, vbi illi tri-"buit Formularium confessionis super "decem praecepta decalogi.

Dieta salutis in antiquis opp: S. Bonaventurae editionibus huic Doctori adscripta est; sed perperam." Dieta salutis, in,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 70

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 151.

"quit Baralea, est Fratris Wilhelmi de La-
"nitio /: de Lancea :/ Aquitani Ord: Min:, &
1. 520. "est fere tota desumta ex Compendio
"Theologiae Pauperis F: Joann: Rigaldi
"Minoritae, vt librum vtrumque conferens
"deprehendi". Haec, et multa alia de
Dieta salutis vide in Prodromo ad opp:
omnia S. Bonaventurae, lib: 8. part: 3.
Colum: 700.

Z

Eiusdem Sermones in Epistolas dominicales. 82a–100b

Eiusdem Sermones, seu breves Commentarii
in Epistolas dominicales. Titulus "Incipi-
"unt Sermones dominicales epistolarum ordi-
"nati ad eundem librum." Unde patet,
hos commentarios eundem habere authorem cum
Dieta, ad quam etiam sepissime lectorem
remittit. Initium est "Abjiciamus opera
"tenebrarum, induamur arma lucis. Rom: XIII."
"In Adventu magni regis" etc. Post comen-
tarios incipit elenchus capitulorum. In cal-
ce " Explicit Dieta salutis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 70

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 152.

Tractatus de ordinibus angelorum. 100b – 105a	3. Tractatus de ordinibus Angelorum. Incipit: "Tractaturi de ordinibus angelorum Primo videamus, quid sit Jerarchia, et unde dicta". Finitur" Et hec de ordinibus angelorum ad presens dicta sufficiant. An ejusdem Guilielmi opus sit affirmare non audeo, uti nec de sequenti. Videtur mihi fragmentum ex Theologia quadam scholastica.
Quaestio: quid sit idea? 105a – 105b	4. Quaestio quid sit ydea": ita titulus. Initium est" ydeas secundum augustinum latine possumus formas, vel species dicere". In fine additur:" Explicit liber iste", qui tamen vix dimidiam implet paginam.
De latria adversario Xti exhibenda. 106a – 106b	5. "Utrum adoracio latrie, sine peccato possit "exhiberi adversario Xti Bonaventura Quaerit" etc. Est compilatio facta ex fusiori quaestione S. Bonaventurae, quam vide in edit. opp: S. Bonavent: Lugduni 1668, Fol: Tom. 5. p: 109. Totum unico folio absolvitur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 70
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 153.

6.

Innocentii III de Oratione. 107a–113a

Innocentii III de oratione. Titulus est": hoc quod sequitur est excerptum de innocencio "super septem psalmos circa principium Sa,,licet de orationis virtute" Est excerptum ex prooemio Commentarii Innocentii III in sep,,tem psalmos poenitentiales, et habetur in edit: opp: ejus Colon: 1552. Fol: pag. XCVIII. aversa circa finem, ubi incipit" cum autem inter omnes orationum species".

De Innocent: III, qui ão 1216 Perusiae obi,,it, et ejus Scriptis vide ab Eggs Pontifici,,um doctum, pag: 418. & seqq:

Cod. LXXI

membran. 8. Saec: 15. 1. 521.

Aristotelis Libb: VIII Po,,liticorum. Inil.

Aristotelis Libb: VIII. Politicorum, e grae,,co in latinum translati a Leonardo Are,,tino, cujus versio /: inquit Fabric: Bibl: gra,,ca lib: 3. cap: 6. pag: 158: / occurrit in anti,,quis latinis Aristotelis editionibus, etiam in graeco-latinis, octava forma editis.
Liber primus incipit." Quoniam videmus omnem civitatem esse societatem quandam."
Notae marginales occurrunt plurimae.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 70

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27410

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)